



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Epitome Instituti Societatis Jesu**

**Sesti, Curtius**

**Bruxellis, 1690**

Sect. II. Quando incipiat, desinatque Superiorum localium officium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](#)

7. Quia tamen posset aliquando contingere , ut necesse esset mutationem facere alicujus Superioris ; vel si is moreretur ; poterit Provincialis aliquem , qui vices Superioris gerat , interim constituere , donec Generalis admonitus provideat . *m*

*Subrogatio ali-  
qua Provincia-  
li concessa.*

8. Præposito etiam , & Rectori , cùm domo , aut vita excedit , licet alium nominare , qui Vicariam administrationem exerceat ; si Provincialis citò moneri non possit , aut alia gravis causa id suadeat . At absente , vel mortuo Superiore , nec nominato per eum Successore , difficile ad Provincialem aditu , præesse debet Minister , etiam in Domibus Professis , quamvis ipse Professus non sit . *n* De auctoritate *n* C . 8 . D . 20 . horum Vicariorum infra dicetur Cap . 5 .

*m R . Prov . 22 .  
Quin Præposi-  
to , & Rectori .*

## S E C T I O II .

*Quando incipiat , desinatque Su-  
priorum localium Officium .*

1. **O**fficium verò , & auctoritas Superiorum localium ordinariè tunc inchoatur , cùm sit authentica renunciatio ipsorum in Collegio , vel Domo , cui præficiuntur . At in casibus extraordinariis , cùm res urget , & in loco sui Regiminis

*Vnde initium  
Regiminis de-  
sumendum .*

Su-

*o C. 8. D. 43. &  
C. 9. D. 10.*

*Nullum certum  
tempus defini-  
tum, quo perse-  
veret.*

*p P. 4. C. 10. §. 3.  
& P. 9 c 3. §. 3.  
& C. 2. D. 68.  
& C. 5. D. 35.*

*q C. 5. D. 35.  
Mandatum  
Clementis VIII.  
& ejus abroga-  
tio.*

*r C. 5. D. 64.*

*s Paul. V. pag.  
309. &c.*

*Et Innocentii  
X. pariter abo-  
litum.*

Superior renunciari non potest , satis est si fiat in loco , ubi major pars subditorum fuerit : vel si etiam nequeat , in eo , quem Provincialis aptiorem judicaverit. *o*

2. Superioribus localibus nullum cer-  
tum tempus sui Regiminis præfinendum;  
cùm eos Generalis ut constituere , ita &  
removere possit , prout convenientius fore  
judicaverit. *p* Nihilominus commendatum  
est P. Generali , ut diligenter curet , ne  
Præfecturæ istæ nimis diuturnæ sint. *q*

3. Mox jussu Clementis VIII. indu-  
ctum fuit , ut Provinciales , & Rectores  
( exceptis , qui sunt in Domibus Novitio-  
rum ) non durarent ultra triennium ; sed  
vacarent per annum , & obedirent , sicut  
ceteri. *r* Donec in amplissima nostri Insti-  
tuti confirmatione Paulus V. recitato Decr.  
*35. Congr. 5. quoad eam partem, qua de-  
cernit nullum certum tempus præfigen-  
dum Superiorum localium officio , id in  
forma specifica comprobavit. *s**

4. Sed iterum Innocentius X. Brevi ex-  
pedito *1. Januar. 1646.* decrevit triennii  
spatio definiri Præfecturas omnes Societa-  
tis , Jurisdictionem habentes , excepto Ge-  
neralis , & Magistri Novitiorum officio:  
& præterea qui in prædictis muneribus  
triennium explevissent , non possent eligi ,  
*per*

per annum cum dimidio, ad Superioritates alias, etiam Vice-Provincialis, seu Vice-Præpositi, vel Vice-Rectoris. Cujus ordinationis abrogationem petendam, cùm prima ab obitu ejus Pontificis coacta Congregatio Generalis, omnium prorsus suffragiis, decrevisset; <sup>t</sup> exoratus Alexander VII. suam hac in parte libertatem Societati restituit Bullâ expeditâ <sup>1.</sup> Januarii 1663.

<sup>t</sup> C. 11. D. 12.

5. Ceterum quorumcumque Superiorum officium (excepto Commissariorum, aut Visitatorum in Europa) <sup>u</sup> non expirat morte Generalis, nec per electionem novi; immo nec post inchoatam quamcumque Congregationem Generalem, ea durante, mutari possunt à Generali, nisi aliter ipsi Congregationi videretur. <sup>x</sup> Si verò tantum indicta est Congregatio Generalis, & Superiores locales sui Regiminis tempus absolverunt; mutari à Generali poterunt, etiam ante Congregationem Provincialem. <sup>y</sup> Quod etiam Regiminis tempus si, moriente Generali, expleverint Superiores, quorum Successores ab eodem fuerant nominati; illis hi substituendi: sicut vero, si elapsum triennium fuerit post obitum Generalis; & præterea constat ipsum noluisse eosdem ante tempus exauditorare. Si tamen,

*Quid mortuo  
Generali, aut  
durante Congre-  
gatione Genera-  
li circa illorum  
officia agi possit.*  
<sup>u</sup> C. 1. D. 91. &  
C 4. D. 3.  
<sup>x</sup> C. 1. D. 1. &  
C. 5. D. 20. &  
23. & C. 6. D.  
17. & C. 9. Act.  
14. & C. 11. Act.  
<sup>y</sup> C. 12. D. 30.

31.

tamen, ob missas literas Generalis, nec  
rescitâ ejus morte, aut inductione Congre-  
gationis Generalis, subrogatio executioni  
mandata est; huic standum; etiam si De-  
cessor paulo post obitum Generalis trien-  
nium explevisset. z

zC.12.D.30.

*SECTIO III.**De Potestate Superiorum localium  
in genere.**Amplia sit.*

a P. 2.c.1. §.  
2. & P. 4.c.  
10. §.4 & P.  
8.c.1. § 6. & P.  
9.c.6. §.2. &  
P. 10. §.8.

*Sed definienda  
à Generali.*

b P. 2. c.1. §.  
2. & B.

*Et à Provin-  
ciali custodien-  
da.*

1. **R**efert magnoperè si Præpositi par-  
ticulares in sibi subditos multum  
potestatis habeant; quô clariùs intelligent  
inferiores, se ab illis immediate pendere;  
& quod necesse sit in omnibus eis subesse.  
Quare Superiores ad bonum omnia pos-  
sint, in suo quisque ordine: & si male  
agerent, omnino subjecti sint. a

2. Ceterū Præpositi Generalis est eam  
potestatem singulis communicare; quam  
judicaverit expedire: & si in patentibus li-  
teris amplissimam impertierit, per secretas  
eam contrahere poterit. b

3. Ad Provincialem verò spectat tueri  
Superiorum immediatorum auctoritatem  
in subditos; ita tamen ut constet omnes  
posse ad mediatos recurrere: ideo quicquid  
agen-